

1524. & 28. Aprilis

67

Sigismundus I. rex Poloniae, Stanislaus et Janus ducibus Mazoviae, ut ad expeditionem bellicam, cum suo comitatu veniant.

24

Illustres domini sine nobis Dilecti. Non ignorant vestre illustitates, nos iam binas vestrum literas, ad universos subditos nostros ad expeditionem bellicam obligatos premisisse, simul ac easdem vestras illustitates admonuisse, ut ad proficiendum una nobiscum ad eam ipsam bellicam expeditionem se prepararent. Quia vero nunc suspectissimum tempus instat, et per exploratores nostros edocemus, Turcos et Tartaros magna vi ad invadendum regnum nostrum accinctos et paratos esse, et iam haud procul a finibus ipsius regni nostri distare, nihilque aliud quicquam temporis commoditatem capere, tertias et ultimas vestrum literas emisimus, et locum generalem circa Cossow Staff inter oppida nostra Brusko et Gliniany situm, ad quem universa nobilitas nostra pro feria secunda intra octavas corporis Christi proxime futuri convenire debet, in ipsis literis ultimarum vestrum designavimus. hortamur itaque vestras illustitates, ut pro eodem die ad locum predictum Cossow Staff in eo comitatu, quo debent veniant, ubi etiam nos advenimus, non solum sumptum et laborem nostrum, sed etiam personam nostram regiam pro defendendo regno et subditis nostris exhibitur. Sic factura illustitates vestre pro debito suo et gratia nostra. Quae bene valeant

valiant. Datum Fracovia die sancti Vitalis, anno
domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto.